


*Del estatut, oordinatio per lo molt alt è excellët lo senyor
Rey en Marti, à rafrenar los contraris qui ab color del
Offici de la Inquisitio vexauen los Auengelitzants,
è Preyncants la Puritat de la Sacratissima
Conceptio de nuestra Dona.*



ARTINVS Dei gratia Rex Aragonum, Valentiæ, Maioricarū, Sardinjæ, & Corcicæ, Comesq; Barchinonæ, Rossionis, & Ceritaniae. Nobilibus dilectis, & fidelibus vniuersis & singulis officiis nostris vibilit constitutis presentibus, & futuris, eorumque loca tenentibus, ad quos præsentes peruererint, salutem, & dilectionem. Meminimus pridem cum quadam charta nostro sigillo appenditio insignita, data Cæsaraugustæ decimaseptima die Ianuarij, anno à Natiuitate Domini millesimo trecentesimo nonagesimo octauo, Regnique nostri tertio inhaessisse firmiter veracissimæ opinioni, quam habuit illustris Ioannes Rex Aragonum frater noster memoriae celebris; hoc est, quod glorioissimæ Virginis & Matris Mariæ Beata Conceptio fuit ab omni labe peccati originalis exempta: quam quidem opinioné dictus frater noster Illustris cum quodam editio suo secreto sigillo munito, dato Valentia quartadecima die Martij anno à Natiuitate Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quarto, quo inter cetera cauetur, quod nullus ex Euangelizantibus, seu prædicantibus verbum Dei quidquam exponere, vel proferre auderet in aliquam puritatis ipsius benedictæ Conceptio iacturam, fecit dum viuebat, solemniter tubis clangibus publicati, reminiscimus inquam, nos cum charta nostra prædicta prouidisse, statuisse, voluisse, & etiam iubuisse, firmiter & distrecte, ne à modo quispiam religiosus, seu clericus, vel alia quævis persona cuiusvis status, seu conditionis existeret, auderet, vel præsumeret dictique fratris nostri, ac nostram opinionem huiusmodi prædicando, disputando, aut alijs impugnare, arguere, seu quomodo dolibet



A. M. - 13425



(Signature)

Del estatut, oordinatio per lo molt alt è excellēt lo senyor
Rey en Marti , à rafrenar los contraris qui ab color del
Offici de la Inquisitio vexauen los Auengelitzants,
è Preyncants la Puritat de la Sacratissima
Conceptio de nuestra Dona.



ARTINVS Dei gratia Rex Arago-
num, Valentiae, Maioricarū, Sardiniae;
& Corcicæ, Comesq; Barchinona, Ro-
fisionis, & Ceritaniae. Nobilibus dile-
ctis, & fidelibus vniuersis & singulis of-
ficialibus nostris vbiliter constitutis
presentibus, & futuris, eorumq; loca-
tenentibus, ad quos præsentes peruererint, salutem, & dile-
ctionem. Meminimus pridem cum quadam charta nostro si-
gillo appenditio insignita, data Cæsaraugustæ decima-
septima die Ianuarij, anno à Natiuitate Domini millesi-
mo trecentesimo nonagesimo octauo, Regniq; nostri ter-
tio inhæsse firmiter veracissimæ opinioni, quam habuit
illustris Ioannes Rex Aragonum frater noster fratremq; ce-
lebris; hoc est, quod glorioſissimæ Virginis & Matris Ma-
riæ Beata Conceptio fuit ab omni labe peccati originalis
exempta: quam quidem opinione dictus frater noster Illu-
stris cum quodam edito suo secreto sigillo munito, dato
Valentiae quartadecima die Martij anno à Natiuitate Do-
mini millesimo trecentesimo nonagesimo quarto, quo
inter cetera cauetur, quod nullus ex Euangelizantibus;
seu prædicantibus verbum Dei quidquam exponere, vel
professe auderet in aliquam puritatis ipsius benedictæ Cō-
ceptionis iacturam, fecit dum viuebat, solemniter tibis clā-
gentibus publicari, reminiscimus inquam; nos cum charta
nostra prædicta prouidisse, statuisse, voluisse, & etiam iahi-
buisse, firmiter & districte, nō à modo quispiam religio-
sus, seu clericus, vel alia quævis persona cuiusvis status, seu
conditionis existeret, auderet, vel præsumeret dictique
fratris nostri, ac nostram opinionem huiusmodi prædican-
do, disputando, aut alijs impugnare, arguere, seu quome-
dolibet

dolibet improbare, & minus afferere, dicere vè illam esse
damnata, erronea, indeuotam, seu in aliquo reprobata,
sub certatum pœnarum incurso in charta nostra dicta pro-
ximè contentatum: nunc autem quia nostrum nouiter
(quod displicenter referimus) pulsauit auditum, nonnulli
spiritu præsumptionis circundati, nō sine euidenti periculo
personarum suarum, & grandi scandalo religionis, cuius
se fore fatentur, conantur continue, ac præsumunt astute, &
sub verborum inuolucro, nedū prædicare tam directe quā
indirecte, & duplicitibus eructationibus eorum opinionum fal-
sissimam, verum etiam arguere, reprehendere, & vt fame-
lici, & rabidicanes mordere alios, qui veram opinionem no-
stram iam dictam tueri conantur: illis præsertim diebus, qui
bus nouerūt eosdem in ipsius Virginis decus hāc verissimā
opinionem imprimere, cordibus fidem colementium ortho-
doxam, & quod perniciosus est, illos inquietare, ac prole-
qui in iudicio, & extra, ac ~~civis~~ hæresis crimen impingere,
qui satagentes cum dictis sanctorum Patrum, & Doctotorum
Ecclesiæ dictam veracem opinionem probare quandoque
confirmant, eandem cum ethnicis, quandoque cum alijs in
fidelibus (cum fas sit ab hoste doceri), quandoque cum Phi-
losophis, & Poetis, & demum cum persuasiuis eloqujs,
& probabilibus argumentis allegantes, quod in eorum di-
ctis, & probationibus, quas in sensum deducunt contraria-
rium, quāquam de principali non curent, à fidei Chatoli-
cæ tramite deuiarunt. Volentes huic morbo pestifero debi-
tam adhibere medelā, & occurreto imminentibus scandalis
quæ parantur, statuimus, & ordinamus, & volumus, ac vos-
bis mandamus, etiam cum præsenti, quod edictum, de quo
supra fit mentio, factum per dictum fratrem nostrum, nēc
non & prouisio, statutum & inhibitio facta per nos super
his, vt superius continetur, per vos, & quascumque personas
cuiusvis status, præminentiae, seu dignitatis existant, de
cætero irrefragabiliter obseruentur: statuimus etiam, ordi-
namus, & volumus, pro prædictorū firmitate maiori, quod
omnes, & singuli cuiusvis status, & conditionis existat, præ-
dicantes, seu pertinaciter obloquentes cōtra edictum hu-
ijsmodi pro inimicis nostris, publicis reputentur, & pro ta-
libus à cunctis officialibus, & nostris subditis de cætero
habeantur: Quibus quidem inimicis nostris mandamus sub

pœna

pœna mortis incurso, quatenus postquam contra edictum
præfatum deliquerint, confessi infra decem dies extra
ciuitatem, villam, vel locum, ubi peccauerint, & postea in-
fratriginta dies inde continue secuturos à regnis, & terris
nostris exeat sub spe ad eās nullo tempore reuertēdi: quod
si non fecerint, vt præfertur, per nostros officiales quo-
cūnq; ad ea complenda compelli, & cogi volumus rigide,
& districte. Et ad tollendam omnem materiam occasonis,
& scandali rogamus, & attentè requirimus, ac in Domino
exortamur omnes & singulos Archiepiscopos, Episcopos,
aliosque prælatos infra nostrum dominium vilibet consti-
tutos, ad quos hæc spectare modo aliquo videantur, quate-
nus casu quo aliquis prædicando, vel disputando, aut alias
de materia præiacenti oberrauerit, taliter quod inquisi-
tio sequi debeat contra illum talem inquisitorum per
ditos fratres de ordine Prædicatorum Inquisitores hæreticæ
prauitatis (eo quia naturaliter soli, & singulare inimici
existunt omnium & singulorum contentorum in edicto
præfato, cum cæteri religiosi, imò & quæcumque scientia-
rum vniuersitates sint eis in hac veritate contrarij) fieri de
cætero non permittant, nec tales sint iudices, nec conclusio-
neshuiusmodi, seu aliquorum dependentium, seu emerget-
tum ex eadem, cum sit dissonum rationi, & alienum à
moribus coram suspeçto iudice litigare, sed hoc fiat per di-
tos Archiepiscopos, & Episcopos, aut officiales ordina-
tarios corundem: quos iam sacri Canones Inquisitores
primarios statuerunt. Dat. Barchinonæ sub nostro sigillo
secreto xxvj. die Aprilis, anno à Natiuitate Domini millesimo
quadringentesimo octauo: R E X M A R T I N V S:

Ego Didacus Garcia Illustissimi Domini Regis scriptor,
ac tenens claves sui archiui Regij Barchinonæ præsens
tralatum à quodam Registro sigillo secreti serenissimi Do-
mini Martini bonæ memorie Regis Aragonum sumpti, seu
scribi feci, & cum eodem legaliter comprobaui, & vt fides
plerior impendatur, hæc mea manu scripsi in testimoni-
num præmissorum.

Ex libro literarum Regiarum ab anno millesimo qua-
dringentesimo octauo, vsque ad annum millesimum quadrin-
gentesimum nonū in Regio archiuo Maioricarum custodi-
to, sumpta fuit fideliter, & abstracta huiusmodi copia in
his

his duobus papyri foliis (præsentii inclusu) contenta, aliena
manu (fida tamen) exarata, & ad verbum (vt iacet) com-
probata, in cuius rei testimonium, Ego Matthæus Nebœ
Notarius publicus militaris, domini nostri Regis alumnus
Regis & patrimonialis archiuarius præsentibus me subscri-
psi Regio Maiori, eiusdem archiu Regij (penes me custodi-
to) stillato sigillo munitis, die vero septima mensis Aprilis
anno à Natiuitate Domini millesimo sexcentesimo deci-
mo sexto, vt infra.

*Constito de supraposito in subscriptione, ubi legitur, Regius, & patrī
monialis Archiuarius.*

Matthæus Nebœ Archiuarius prædictus